

lativa sunt simul natura, & cognitione, ut docent Philosophi, non solum non est mirabile, quod uno cognito, aliud cognoscatur, sed etiam implicat contradictionem, unum sine alio cognoscitur, hinc premittis.

224 Ad argumentum respondeo, hoc in scientia Dei esse preclarum, existimam, omniique laude & admiratione dignissimum; ac ita illi peculiare & proprium, ut nulli intelligentie creatae, vel creabili competere possit: quod Deus per illam cognoscit res omnes possibilis & futuras, in sua essentia tamquam in causa, & nihil creatum, aut creabile, ab illo videri possit, sub quocumque statu, sive absolute, sive conditionato, non derivandum & participandum a sua essentia, & omnipotentia; tamquam a causa, mediante libero decreto suae voluntatis, ad quod proinde debet attendere, priusquam suscipiat creaturam effectus, & determinationes absolutas, vel conditionatas cognoscatur. Hoc Sancti Patres Dionysius, Augustinus, & determinatioes absolutas, vel conditionatas cognoscatur. Hoc Sancti Patres Dionysius, Augustinus, & determinatioes absolutas, vel conditionatas cognoscatur.

225 Ex quibus habes, scientiam Dei respectu futurorum contingentium, a decreto independentem, eoque anteriorem (qualem in eo fingunt Adversarii) non solum nihil habere preclarum, & mirabile, & proprie proprium, sed etiam plures involvere defectus & imperfectiones, Deo repugnantes. Ita enim est pure speculativa, ac similis scientiae Astrologorum, quae non facit, sed solum speculatur & explorat conjunctiones siderum, cursusque planetarum. Illa mensuratur a rebus, quantum ad veritatem & certitudinem; cum non faciat, sed supponat illarum futuritionem. Est fallibilis & incerta, cum nulli medio certo & infallibili operetur, sed immediate terminetur ad res contingentes & liberas, quae mutabiles sunt ac defectibiles. Item illa non est intuitiva, sed abstractiva, utpote terminata ad futura contingentia, ut talia sunt, non vero ut Deo praesentia in mensura aeternitatis. Illa denique non est Deo libera sed tantum contingens: utpote illi non conveniens ab intrinseco, & ratione liberi decreti suae voluntatis; sed solum ab extrinseco, ratione scilicet objecti liberi & contingentis, quod potuit esse vel non esse futurum, ut antea exposuimus.

DISPUTATIO VII.

De Ideis Divinis.

Ad quaestionem 15. D. Thomae.

Poquam D. Thomas late differuit de scientia Dei, breviter discurret circa divinas ideas: id est circa exemplaria creaturarum, in intellectu divino existentia, quae pertinent ad ejus scientiam practicum. Cui ordini inherentes, post tractatum de scientia Dei, agimus in hac ultima disputatione de ideis in mente divina existentibus: de quibus quatuor tantum discutienda occurrunt. Primum est, an sint ideas in mente divina? Secundum, quid illae sint, & per quid formaliter in ratione quidem constituantur? Tertium, an idea in Deo sit unica, vel multiplex? Quartum, an Deus habeat ideas omnium creaturarum? Circa primum & secundum sit

ARTICULUS PRIMUS.

An & quid sint ideas in mente divina existentes.

§. I.

Quibusdam praemissis, referuntur sententiae.

Notandum primo, Ideam sic recte definiri. Idea est forma objectiva intellectui, intra ipsum existens, ad quam aspiciunt artifice operatur. Explicatur breviter haec definitio. Idea forma appellatur: nam teste D. Augustino lib. 83. quaestionum quaest. 46. & D. Thomae hic art. 1. & quaest. 3. de veritate art. 1. & idea Graece, Latine forma dicitur. Objectiva intellectui, ad differentiam habitum, & specierum intelligibilium, quae non habent rationem objecti intellectus, sed principii intellectionis. Intra ipsum existens: ad differentiam exteriorum exemplarum, ad quae artifice respicit in suis operationibus. Denique additur, ad quam aspiciunt artifice operatur ad differentiam formarum naturalium: non enim dicimus, quod forma hominis generantis, sit idea vel exemplar hominis generati: inquit D. Thomas de verit. quaest. 3. art. 1. Nam licet agentia naturalia, producant effectus sibi similes in forma, non tamen operantur respiciendo illum. Pro cuius majori evidetia

Notandum secundo ex eodem S. Doctore q. 3. de veritate art. 1. Triplicem posse dari formam alicujus: unam quae dicitur forma ex qua: aliam quae vocatur, forma a qua, & alteram quae forma ad quam denominatur. Forma ex qua est illa quae intrinsece totum componit, & ex qua compositum constituitur. Forma a qua illa est a qua ut ad agens principio effectus egreditur; Forma vero ad quam illa dicitur, ad cuius similitudinem effectus producit, & ad quam respiciunt artifice operatur: & haec est forma exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid constituitur, & in hac significatione consequentem est nomen ideae accipi, ut idem fit quod forma quam aliquid imitatur. Sed

Notandum tertio: Aliquid posse imitari formam aliquid dupliciter, ut ibidem observat S. Doctore. Uno modo de intentione agentis, sicut pictura ad hoc fit a pictore, ut imitatur aliquem, cuius figura depingitur. Alio modo ante predicta imitatio per accidens est, ac prae-ter intentionem, & a causa, ficut frequenter pictores faciunt imaginem alicujus, quem representare non intendunt. Quod autem imitatur aliquam formam a casti, non dicitur ad illam formari, quia ly ad videtur importare ordinem ad finem: unde cum forma exemplaris, vel idea fit ad quam formatur aliquid, oportet quod formam exemplarem, vel ideam, aliquid imitetur per se, non per accidens. Si ergo aliquid fiat ad imitationem alterius, per agens quod non determinat sibi finem, non ex hoc forma imitata habebit rationem exemplaris vel ideae. Quare aliqui sic illam definiunt, idea est forma quam aliquid imitatur, ex intentione agentis determinantis sibi finem.

Ex quo inferes cum D. Thoma loco citato: quod illi qui ponebant omnia accidere casti, non poterant ponere ideas; sicut nec illi qui posuerunt quod omnia procedunt ex necessitate naturae, quia ut ipse ait ibidem, ea quae ex necessitate naturae agunt, non praedeterminant sibi finem, sed determinatur eis finis ab aliquo superiore.

Ex quo rursus inferes cum eodem Sancto Doctore ibidem, quod radix & fundamentum ponendi in Deo ideas rerum faciendarum; est idem ac ponendi praedeterminationes, praedeterminativas omnium eorum quae a providentia & arte divina diriguntur & fiunt. Et ideo ibidem notat, quod Divus Dionysius cap. 5. de divinis nominibus; dicit ideas nominari in Theologia praedeterminationes divinas, & bonas voluntates, existentiam praedeterminativas, & effectivas, secundum quas supersubstantiales essentiae, omnia praedeterminant & produciunt. Ratio autem hujus connexionis est, quia cum omnia deriventur, & caulentur a Deo ut supremo artifice, consequenter debent causari ab idea & exemplari divino, tamquam ab eo quod Deus inspicit, ut res producat. Ergo nisi debet intendere, & apud se definire, & statueret determinatam, quomodo aliquid faciendum sit, quam praesupponere cognitum, & futurum definitum; nam si praesupponit cognitum in aliquo statu, & non pro illo praedeterminatum, neque etiam erit sub illo statui ideatum, & ab arte Deo profectum, quod est simpliciter non esse a Deo pro illo statu. Eadem ergo radix est ponendi in Deo ideas & praedeterminationes rerum praedeterminativas: unde cum scientia media habeat divinas praedeterminationes rejicit, consequenter etiam divinas ideas tollit, & facit Deum agentem caeco modo casualiter, & fortuito & sine providentia, ac intentione effectus particularis, ut disputatione praecedenti art. 6. §. 7. demonstravimus.

Notandum quarto, Ideas artificis duplicem competere modum

Item & Lunam vides: sunt & ista in arte. Sed foris corpora sunt: in arte vita sunt.

Potest etiam probari conclusio ex illo ad Hebraeos 11. Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. Nam per invisibilia, D. Thomas ibi, & hic quaest. 65. art. 4. ad 1. de verit. quaest. 3. art. 2. intelligit ideas seu rationes rerum quae sunt in mente divina, ex quibus, id est secundum quas, producta sunt visibilia.

Favent etiam SS. Patres, qui has divinas ideas, atque 10 imagines rerum omnium, quibus res omnes creatae intelligibiliter in mente divina ab aeterno fuere, eleganter exprimunt ac celebrant. Dionysius enim cap. 5. de divinis nomin. lect. 3. apud D. Thomam: Exemplaria, inquit, esse dicimus in Deo, rationes substantias, existentiam praedeterminativas, & effectivas, secundum quas supersubstantiales essentiae, omnia praedeterminant & produciunt. Origenes tomo 1. p. 65. in Joann. ideas divinas vocat figurae collectionem intelligentiarum, quae sunt in divina sapientia. Et subdit: Opinor enim sicut domus & navis fabricantur, vel adificatur juxta figuras & formas, mensuras rerum qui structura praesident, conceptas: domo, navisque principium mensurabilis ab his figuris & rationibus, quae sunt in artifice: sic universa facta fuisse juxta rerum futurarum rationes, jam antea a Deo manifestatas in sapientia. Omnia enim in sapientia facta sunt. Augustinus lib. 12. cap. 20. de Civitate, ait, in vita Dei sapientia esse immensa quaedam, aequae infinitis thesauris rerum intelligibilium, in quibus sunt omnes invisibiles, atque incommutabiles rationes rerum, etiam visibilibus & mutabilibus, quae per ipsam facta sunt: quoniam Deus non aliquid rescisio fecit: quod nec de quolibet artifice recte dici potest. Porro si sciens facit omnia, ea nunquam facit quae novaverat. Eandem veritatem agnovit Seneca, licet gentilius, eamque epist. 65. his verbis eleganter exprimit: Deus rerum omnium intra se exemplaria habet, numerisque universarum quae agenda sunt, & motus mente complexus est. plenus his figuris est, quas Plato ideas appellat, immortales, immutabiles, infacitabiles.

Boetius lib. 3. de consolat. metro 9. vulgatis his verbis, divinas illas ideas celebravit.

Tu caelesti supremo

Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse Mundum mente gerens, similitque in imagine formans, Perfectissimam jubens perfectum absolvere partes. Hunc imitatur Dionysius Carthusianus, libro de Dei laudibus, ubi sic ipsum alloquitur.

Arta prima causabilissima,

Tu plena rationissima,

Ideis fulgentissima mens,

Præclaro splendens orbitibus.

Denique Augustinus relatus a D. Thoma quaest. 3. de verit. art. 1. dicit, Qui negat ideas esse, infidelis est. Quod intelligendum est de ideis, quantum ad rem significatam: nam an hoc nomine sint appellanda, non est ita certum; ut qui hoc negaret, tamquam infidelis esset judicandus.

Eadem veritas multiplici ratione potest frueri. Primum, quia Deus est causa intellectualium. Ergo habet ideas rerum. Probat Consequentia: causa enim debet continere in se effectum, secundum formam, & rationem ipsius: nam si sit naturalis, continet illam naturali modo, per formam inditam, sicut, ignis generans continet formam ignis genti: si autem sit causa intellectualis, continet rationem effectus, non secundum formam inditam, sed apprehensam: At forma & ratio effectus in esse apprehenso, est idea, & exemplar ipsius: Ergo in Deo dantur ideas. Unde August. lib. 1. Confess. c. 6. Apud illum rerum omnium invisibilibus sunt causa, & rerum omnium mutabilium immutabiles, movent origines, & omnium irrationabilium, & temporalium sempiternae divinis rationes.

Secundo, idea nihil aliud est, quam forma, non qua, 12 neque ex qua, sed ad quam artifice respiciens operatur, intra ipsam existens, ut exposuimus in secundo notabili: Sed datur hujusmodi forma in Deo: Ergo & idea. Probat Minor: quia nisi Deus praecognosceret effectum, & nisi haberet formam, ad cuius instar illum produceret, temere, & caeco modo ageret. Quare D. August. lib. 83. quaestionum, q. 46. docet ponendas esse in Deo ideas, non rerum creatio videatur temeraria, & fortuita. Omnia (inquit) ratione sunt condita: alia casti, & fortuito eveniunt; nec eadem ratione homo, quae equus, &c.

Tertio, Scientia Dei lei habet ad res creatas, sicut 13 artifice ad res artefactas, juxta illud Sapientiae 8. Quis enim horum qua sunt, magis quam illa est artifice? Sed artifice operis sui idem habet: Ergo & Deus.

Quarto, Deus est primum omnium agens, & primum 14 marum omnium dator: Sed nemo dat quod non habet: Ergo in Deo sunt forma omnium, & idea. Quam rationem tangit Damascenus lib. 1. de fide c. 13. his verbis, Deus omnium auctor est: Ergo omnium qua sunt rationes in se & causas, hoc est ideas, jam ante in seipso probavit. Cui concinit Trifmegillus dicens: Vides quaedam semen in terra projectum.

modum informationis, secundum duos respectus quos importat. Nam secundum quod comparatur ad intellectum, ut ejus conceptus formalis, & proat gerit manus speciei, est forma intrinsece informans, & ad hunc intellectum, & medium, quo intelligit, quod Philosophi appellant medium intellectum. Quatenus vero dicit ordinem ad objectum, & prout gerit vices exemplaris, & est ratio erigendi, & exemplandi res ad extra, tunc habet rationem causae formalis extrinsecae, & formae imitabilis, ad quam respiciunt ut quod ipsum opus externum, ac representantur ut quod ipsum opus externum.

Notandum quinto, essentiam Divinam quae per ipsum intelligere purissimum, & actualissimum constituitur (ut in Tractatu de attributis disp. 2. art. 1. ostendimus) eminenti quodam modo, & sine distinctione etiam virtuali, habere in Deo rationem speciei intelligibilis, intellectio- nis, verbi, & constitutivi naturae divinae. Prout enim concipitur ut secundum intellectum divinum in ordine ad intellectionem, gerit vices speciei & formae intelligibilis. Quatenus se habet per modum operationis, & actus secundi, secundum nostrum modum concipiendi egredientis a principio proximo intelligendi, habet rationem intellectio- nis, & cognitionis. Ut est terminus purissimus & actualissimus, terminans in actu secundum divinam intellectionem, habet rationem verbi, & speciei expressae. Denique, ut est eminenti quodam modo, veluti radix & causa virtualis divinatorum attributorum, habet rationem naturae. His praesuppositis,

Inquirimus, an, & quid sint ideae in mente divina existentes? In cuius difficultate resolutioe, licet omnes concedant dari ideas creaturarum in mente divina: in explicanda tamen illarum essentia, & ratione formali, varie opinantur. In primis erravit Plato in eo quod ideas posuit, non in Deo existentes, sed quasi illi extraneas, eique assidentes, per se subsistentes, & a singularibus abstractas, & separatas. Praeterea finxit a prima mente, nempe divina, ideas in mentem Angelorum effluere; ex mente Angelica, in animam mundi; sive, ut placuit Averro, in intellectum commune abstractum, qualem ipse somniavit: ex anima mundi, in formas calorum; & ex formis calellibus, in materiam formarum omnium receptivam. Haec attendens Aristoteles, merito Platonis ideas, ut mera figmenta derisit: Valeant, inquit, Platonis ideas, quia nihil sunt, aut monstrata sunt.

Rejeto ergo hoc Platonis figmento, omnes Theologorum sententia circa essentiam & quidditatem divinarum idearum, ad tres vel quatuor praecipuas revocari possunt. Quidam constitunt ideam divinas in conceptu objectivo, seu in creatura ut cognita a Deo, & menti divinae objecta: Alii, in conceptu formali, qui adhuc in duas sententias dividuntur. Quidam enim volunt essentiam divinas habere rationem ideae, ut est cognitio creaturarum: Alii vero ut verit vices verbi, & speciei expressae, reddentis intellectum divinum actui cognoscens, & intelligentem. Alii denique docent, ideam esse ipsam divinam essentiam, ut cognitam, non absolute in se, sed comparative ad creaturas, & quatenus est imitabilis & participabilis ab illis. Primum dicitur modus est Scoti in 1. dist. 35. quaest. 1. ubi ponere videtur in creaturis ab aeterno, quoddam esse diminutum & secundum quid, per actum divini intellectus productum, & distinctum ab esse reali in quo temporaliter sunt. Secunda sententia adheret Suarez in Metaphysica, disp. 25. sect. 1. Vafquez disput. 72. cap. 2. & alii Recentiores. Tertia vero communis est in Schola D. Thomae eamque docent Cajetanus hic art. 2. Barez, Nazarius, Gonzalez, Navarreta, Joannes a S. Thoma, Marcus a Serra, alique Recentiores Thomistae.

§. II.

Triplex conclusio difficultas resolvitur.

Ideo primo: dari in mente divina ideas, seu exemplaria creaturarum.

Conclusio est certa de fide, colligitur enim ex Scriptura, & SS. Patribus. Nam dicitur Joann. 1. Quod factum est in ipsa vita erat. Ex quibus verbis colligit Augustinus ibidem Tract. 1. ideas esse in Deo. Quid est hoc (inquit) vita erat? facta est terra; sed ipsa terra qua facta est, non est vita. Est autem ipsa sapientia spiritaliter ratio quaedam, qua terra facta est: hac vita est. Et paulo post: Faber facit arcam. Primum in arte habet arcam. Si enim in arte arcam non haberet, non esset unde fabricando illam proferret. Attende ergo arcam in arte, & arcam in opere, arca in opere non est vita: arca in arte vita est, quia videtur anima artificis, ubi sunt ista omnia, antequam profectur. Sic ergo, quia sapientia Dei; per quam facta sunt omnia, secundum arcam, continent omnia, antequam fabricata omnia; hinc qua sunt per ipsam arcam, non continua vita sunt; sed ut aliquid factum est, vita in illo est. Terram vides: est in arte terra. Calum vides: est in arte calum. Sc

proiciens, ubi frumentum nascitur, talis est Deus, qui in celo seminat quidem immortalitatem, in terra vero mutationem, in universo mundo & vitam: Ergo in mente sua, omnium habet ideas, rerum nascentiarum rationes seminales.

15 Denique, Speculum non ducit in cognitionem aliquam, nisi eorum similitudines in ipso resplendant: Sed essentia divina est veluti purissimum speculum, ducens in cognitionem omnium creaturarum, & in quo Deus, & beati, creaturas possibiles, & futuras cognoscunt: Ergo in eo sunt similitudines, & ideas rerum omnium.

Dico secundo, Ideas divinas non sunt ipse creaturae, ut menti divinae obiecta; & prout habent quoddam esse diminutum extra Deum, per actum divini intellectus ab aeterno productum: Ita communiter docent Theologi contra Scotum, cujus sententia multipliciter impugari potest.

16 Primo ex SS. Patribus supra relatis: Dionysius enim dicit ideas in mente Dei existentes, esse substantias, essentiam praedeterminatam, rerum omnium effectivas. Augustinus lib. 83. quaestionum q. 46. esse formas, & rationes immutabiles, immortales, & aeternas. Boetius ideam vocat, exemplar supernum: At haec omnes appellationes non possunt competere creaturis, ut menti divinae obiectis, sed sibi divinae essentiae, quae sola rerum omnium est effectrix, sola rerum existentium & futurarum praedeterminativa, sola aeterna, sola immortalis, & immutabilis, sola supremum omnium exemplar: Ergo ideas divinas, non sunt ipse creaturae, ut menti divinae obiecta.

17 Secundo, Idea cum sit forma quam aliqui imitantur, necessario importat imitationem, & per consequens similitudinem ad ea quae illam imitantur: Sed tam similitudo, quam imitatio, distinctionem & pluralitatem rerum importat; neque enim una res seipsum imitatur. Ad aliam, nec est sibi similis, sed alteri: Ergo idea creaturarum in mente divina existentes, non possunt esse ipsae mentis creaturae, ut a Deo cognita, & menti divinae obiecta.

18 Tertio, Idea est realis causa ideati, & mensura ipsius: Sed creatura secundum esse obiectivum considerata, non potest esse causa realis sui ipsius ut producta ad extra, nec sui ipsius regula & mensura: Ergo nec habere rationem ideae. Major patet, quia idea est exemplar ideati, exemplar autem est causa realis exemplati, & mensura ipsius, ut docent Philosophi 2. Phys. Minor vero probatur: cum inter causam & effectum, mensuram & mensuratum, sit relatio realis, debet etiam esse distinctio: Sed creatura cognita, est eadem cum ipsamet creatura in re producenda; alias non cognosceretur idem quod in re producendum est: Ergo creatura secundum esse obiectivum considerata, non potest esse causa realis sui ipsius, ut producta ad extra, nec sui ipsius regula & mensura.

19 Quarto, Sicut agens naturale constituitur in actu primo ad agendum, per formam naturalem, ita & agens intellectualis, per formam intellectualem, nempe ideam in mente conceptam, ut docet D. Thom. hic art. 1. Sed Deus non potest constitui in actu primo potens ad agendum, per ipsam creaturam, ut divinis menti obiectum; alioquin ab illa penderet, & ab ea regulareretur, ac mensuraretur in suis operationibus: Ergo creatura, ut a Deo cognita, non potest habere rationem ideae respectu intellectus divini.

20 Quinto, Idea est forma realis in Deo: Sed creatura ut habet ab aeterno esse obiectivum in mente divina, non habet quid reale, sed rationis, ex cognitione enim divina nihil in eis resultat ab aeterno, nisi extrinseca denominatio cogniti: Ergo idem quod prius.

21 Sexto, Idea est illud ad cuius instar formatur ideatum: Sed creatura obiective representata, non est id ad cuius instar formatur creatura, & per quam ejus formatio regulatur & causatur: Ergo illa non habet rationem ideae in Deo. Major patet. Minor vero probatur. Creatura obiective cognita a Deo, cognoscitur ut quid creatibile a se, non vero ut quid increabile: Ergo ut quid formabile a se, non vero ut id ad cuius instar formatur ideatum, & per quod ejus formatio causatur & regulatur.

22 Septimo, Quod cum sit supremus artifex, debet causare res per ideam, quae sit forma suprema, & divina: Atqui creatura, ut menti divinae obiecta, non habent rationem formae divinae & supremae, sed sola essentia divina, cognita ut imitabilis a creaturis: Ergo creaturae, ut menti divinae obiecta, non constituunt ideam primi & supremi artificis, sed ipsa essentia divina, ut comparata ad creaturas, & cognita ut imitabilis & participabilis ab illis.

23 Octavo, cum Deus in sua essentia contineat rationem plenissimam cognoscendi totum quod est in creatura, quia totum causatur, & participatur ab illa; non oportet quod respiciat ad ipsas creaturas, ut formet ideas illarum, sed potius ad suam essentiam, quod illam cognoscat, ut ab illis imitabilem & participabilem.

24 Denique, Absurdum videtur ponere, creaturas habere ab aeterno aliquod esse diminutum extra Deum, per actum divini intellectus productum, ut docet Scotus loc. cit. Nam vel per illud esse diminutum, intelligit aliquod esse

extra Deum, quod sit pure reale, vel pure rationis, vel medium inter reale & rationis: Primum dici non potest, repugnat enim principiis fidei, dicere creaturas habere ab aeterno aliquod esse reale extra Deum; quantumcumque diminutum, alioquin illa essent ab aeterno producta, cum omne esse reale, quodcumque illud sit, derivetur a Deo per creationem, quae est totius entitatis & existentiae productio. Secundum etiam affirmari non potest, alioquin divinae ideas constituerentur per aliquod esse rationis, & sic non possent esse vera & realis causa creaturarum. Tertium vero absurdum: fictivum enim & chimericum videtur, ponere aliquid ens, medium inter reale & rationis, ut docent Philosophi in Metaphysica. Merito ergo de ideis Scoti dicere possumus, quod ait Aristoteles de ideis Platonis. *Valent Scotus cum suis ideis: quia aut nihil sunt, aut monstra sunt.*

Dico tertio, essentia divina, ut gerit vices intellectio- nis, aut speciei; & prout comparatur ad intellectum divinum, per modum formae intellectio- nis illam actuantis, & tamquam id quod redditur cognoscens, non induit rationem ideae; sed solum prout est forma obiecta divino intellectui, & cognita ab ipso, ut imitabilis a creaturis. Ita communiter docent nostri Thomistae contra Recentiores.

Probat primum ex D. Thoma hic articulo 2. ubi inquit, *ideam operari esse in mente operantis, sicut quod intelligitur, non sicut species qua intelligitur, quae est forma faciens intellectum in actu. Forma enim domus in mente adificatoris, est aliquid ad eum intellectum, ad cuius similitudinem domum in materia format. Et iterum in responsione ad 2. dicit quod sapientia & ars significatur ut quo Deus intelligit, sed idea ut quod Deus intelligit. Et ex hoc explicat, quomodo plures ideas sint in Deo, quia licet species, seu conceptus divinus, ut est principium formae cognoscendi, sit minus (est enim contra simpliciter divinum, plures conceptus in ratione cognoscens habere) tamen rationes per talem conceptum cognita, plures sunt, quatenus cognoscit Deus, suam essentiam esse diverso modo imitabilem a creaturis, ut latius infra exponemus.*

Probat secundum ratione fundamentalis, quae petitur ex definitione ideae, supra exposta. Ad ideam enim pertinet, ut sit forma ad quam respiciens artifex operatur. Atqui essentia divina, ut gerit vices intellectio- nis, vel speciei, & ut reddat intellectum cognoscens, tamquam medium, quo, non est id quod intellectus inspicit, sed id quod inspicit: Ergo non est idea sub illa formalitate, sed in quantum est aliquid cognatum, ut imitabile a creaturis.

Probat tertio, Causas ideas non est probera effectum formalem intellectui, sed ideato: quia propria causa factus ideas, non est esse formam intrinsecam & informantem, sed extrinsecam & formatam ideatum, ut constat ex supra dictis. Ergo licet in conceptu invenitur ordo ad intellectum ut ad subiectum quod actuali, tamen iste ordo non constituit ipsum in ratione ideae, quia sub hoc respectu est forma intrinseca, per sui inherantiam & conjunctionem reddens intellectum cognoscens, non autem forma imitabilis & extrinseca, reddens rem ad extra formatam, & ideatam.

Denique currit ratio D. Thom. hic art. 2. Deus unico conceptu, seu specie, attingit omnia obiecta, nec variatur divinis conceptus ex eorum diversitate: Sed idea multiplicatur, juxta diversam imitabilitatem & respectum ad ipsas res ideatas: Ergo non potest idea consistere in conceptu, quatenus est forma intellectus, reddens illum cognoscens, sed in ipsa essentia divina, prout cognoscitur ut imitabilis & participabilis a creaturis: ut docet idem S. Doctor hic art. 1. ad 2. dicens, *Essentia divina habet rationem ideae, secundum quod ad alia comparatur.* Et art. 2. ad 1. *Idea, inquit, non nominat divinam essentiam, in quantum essentia, sed in quantum est similitudo, vel ratio hujus vel illius rei.*

Confirmatur: Idea est forma quam aliquid imitatur: Ergo nisi essentia divina sit cognita ut imitabilis a creaturis, non habebit rationem ideae.

Adde quod, de ratione ideae est esse verbum practicum: Sed divina essentia, nisi cognoscatur imitabilis, & participabilis a creaturis, non cognoscitur ut verbum practicum: Ergo non habet rationem ideae, nisi prout cognita ut imitabilis, & participabilis a creaturis. Quod ut fiat evidentiis,

Observandum est cum S. Thom. in 1. dist. 27. q. 2. art. 3. ad 4. & ex Ferrarienti 1. contra Gent. c. 54. tripliciter posse intellectum ferri in formam conceptam. Uno modo in quantum est similitudo rei praesens: id est in quantum intellectus utitur ipsi in actu exercito, ut medio per quod rem cognoscit; & sic directe in actu signato cognoscit rem representatam; & solum in actu exercito ipsam formam conceptam. Alio modo in quantum est talis res, habens tale esse in anima, & sic directe in actu signato cognoscit solum ipsam formam. Tertio modo per comparationem unius ad alterum, dum considerat unum esse alterius representativum, & sic simul utrumque cognoscit.

gnoicit. Intellectus igitur divinus, in essentiam suam tripliciter ferri potest: scilicet, simpliciter & absolute, in quantum est talis res; & sic intelligendo essentiam suam, non concipit propriam exemplar rerum, & propriam rationem ipsarum formaliter. Secundo modo in quantum utitur ipsa, ut medio per quod sibi res creatae repraesentantur; & sic etiam non intelligit ipsam in actu signato, ut propriam eorum exemplar. Tertio modo in quantum intelligit ipsam, ut imitabilem a creatura, secundum hunc perfectionis modum determinate (puta secundum gradum vitae) & sic cognoscit ipsam, ut est exemplar formaliter talis creaturae: quia apprehendit ipsam, cum habitudine ad talem creaturam. Propter quod inquit S. Thomas, *Deus intelligendo essentiam suam, ut imitabilem per modum vitae, praesens accipit propriam ideam & rationem planam.* Quasi diceret, quod non apprehendit essentiam suam, tamquam propriam ideam aliquid rei, nisi quatenus ipsam, cum respectu ad illam intelligit.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

Obijcies primo contra primam conclusionem: Anselmus in Monologio c. 29. ait: *Sacri manifestum est, in Verbo per quod facta sunt omnia, similitudines rerum non esse: Sed idea est similitudo rei faciente: Ergo ex Anselmo in Verbo non sunt ideae rerum.* Item Dionysius c. 7. de divinis nominibus dicit, quod Deus non cognoscit res secundum ideam.

Respondeo cum D. Thoma q. 3. de verit. art. 1. ad 10. quod intentio Anselmi est dicere, quod in Verbo non sunt similitudines rerum, sumptae a rebus ipsis; sed potius quod omnes rerum forma, & similitudines ab ipso Verbo derivatae sunt: unde addit Anselmus: *Verbum non est similitudo eorum, sed res imitatio- nis Verbi.*

Ad Dionysium similiter dicendum est, cum eodem D. Thoma ibidem in resp. ad 6. quod intentio Dionysii est dicere, quod Deus non cognoscit res per ideas ab illis acceptas, sed per suam essentiam habentem rationem ideae & exemplaris.

Obijcies secundo: Eiusdem effectus non sunt multiplicanda causa sine necessitate: Sed causa creaturarum est scientia Dei practica art. 1. vel ars divina, ut constat ex dictis in 3. disp. Ergo non sunt ponenda ideae in mente divina, ut per eas Deus creaturas ad extra producat.

Respondeo quod sicut in artifice creato, idea & ars simul concurrunt ad opus artificiale, diversimode tamen: ars enim concurrens per modum principii dirigentis & efficientis, ac inducens formam artificialem in materiam: idea vero, per modum exemplaris, & causa formalis extrinseca, unde prima se tenet ex parte agentis, secunda vero ex parte effectus producendi: Ita similiter in Deo, quia est supremus rerum omnium artifex, scientia & ideae diversimode ad productionem creaturarum concurrunt: prima enim concurrens directive & effective, ut in 3. disp. art. 1. exposuimus: secunda vero exemplariter, & obiective, ut ex supra dictis constat.

Obijcies tertio pro sententia Scoti, contra secundam conclusionem, id quod in mente artificis creati est idea, proportionem servata, debet esse idea in mente Dei. Ut enim dicit Augustinus supra relatus: *Omnes creaturae sunt in mente divina, sicut arca in mente artificis.* Sed in mente artificis creati, ut ad illam intensum operatur artifex, est idea illius: Ergo etiam creaturae ut menti divinae obiecta, habent rationem ideae & exemplaris. Minor probatur: nam domus concepta, ut ad ejus imitationem artifex construit domum, est idea domus, juxta Aristotelem & D. Thom. 7. Metaph. lect. 6. dicens, *ex faciente fieri similitudinem, & ex domo domum: scilicet ex eo quae est sine materia in anima existente, illam quae habet materiam.*

Confirmatur a simili: Res ad extra apprehensa ut bona, movet ad sui amorem, per modum causae finalis: Ergo etiam eadem res ut apprehensa, & menti artificis obiecta; movebit ut idea, & causa exemplaris ad sui executionem.

Ad objectionem respondeo, concessa Majori, negando Minorem. Idea enim in mente artificis, non est ipsum opus externum, ut menti ejus obiectum: sed verbum practicum quod format in suo intellectu de opere artificiali, factibili, vel faciendo, ut docent Philosophi in 2. Phys. Ad auctoritatem Aristotelis & D. Thomae, dicendum est, quod quando illi dicunt, ideam artificis esse ipsam rem, quae per artem fieri debet, ut cognitam, hoc intelligendum est de re non in suo proprio & naturali essendi modo, sed in alio, nempe intelligibili, quem habet in intellectu ejus conceptus, id est verbum ab artifice productum & expressum, quod cum sit similitudo formalis operis faciendi (ut suppono ex Philosophia) est ipsummet opus faciendum, non in esse entitativo, sed intelligibili. Unde idem est dicere, quod res ipsa factibilis, vel facienda, ut habet esse intelligibile in mente artificis, sit ejus idea & exemplar ac ipsum verbum, seu species expressa illam representans.

Ad confirmationem, nego Consequentiam, & pariter. Ratio disparitatis est, quia finis movet metaphoricè, excitando ad desiderium sui: unde sufficit ad causalitatem finis, quod idem quod est in executione ponendum, intendatur, & apprehendatur sub ratione boni & convenientis: Idea autem causatur per modum regulae & mensurae, quae debet realiter distingui a regulato & mensurato; ac proinde ad ejus causalitatem non sufficit quod ipsa res quae debet ad extra produci, menti artificis obijciatur ut factibilis, vel facienda, alioquin idem esset sui ipsius regula & mensura.

Obijcies quarto contra ultimam conclusionem: Idea debet esse perfecte similis ideato, cum res ideata debet fieri ad instar illius: Sed essentia divina non est similis creaturis, nisi analogice & imperfecte: Ergo non est illarum idea.

Confirmatur: Idea debet continere formaliter perfectiones quae sunt in re ideata. Sed essentia divina, non continet formaliter perfectiones creaturarum (puta rationalitatem, aequitatem, aliasque perfectiones secundum quid, quae habent aliquam imperfectionem admixtam) sed virtualiter tantum, aut eminenter: Ergo non habet rationem ideae respectu creaturarum. Minor constat, Major autem probatur a Vasquez, exemplo lucis: licet enim lux Solis, virtualiter, vel eminenter contineat calorem, non potest tamen dici, vel esse illius idea, quia non continet illum formaliter.

Ad objectionem respondeo primo, distinguendo Majorem. Idea debet esse perfecte similis ideato, entitative, nego: representative, vel causative, concedo. Idea enim est qualitas spiritualis & immaterialis in mente artificis; opus autem externum, quod ad instar illius formatur, materiale est & corporeum, nec est qualitas, sed substantia. Idem videmus in sigillo: sigillatum enim non imitatur sigillum, in eo quod est in se entitative, quia in se est ex ere, vel auro; sigillatum autem est cera: sed in eo quod sigillum continet sigillatum in ratione figurabilis; immo ipsam figuram continet sigillum, modo inverso, quam sit in sigillato. Unde ad Minorem argumentum, similiter dicendum est, quod licet essentia divina, entitative sit valde dissimilis creaturae; representative tamen & causative, totum quod est in creatura continet, & assimilatur illi sibi inadequate.

Secundo responderi potest, quod sicut mater & filius dicunt relationem realem ad invicem, quodam sunt ejusdem ordinis: fecus autem, quando filius est ordinis superioris & increati, ut patet in Christo, qui non refertur realiter ad B. Virginem quia suppositum Verbi Divini cum sit ordinis inferioris, est incapax relationis realis ad creaturas. Ita similiter, quando idea & ideatum sunt ejusdem ordinis, debent perfecte assimilari & univoce convenire: fecus tamen, quando idea est transcendens, & inadeguata, ac ordinis superioris & increati, qualis est essentia divina: tunc enim sufficit, quod sit similis ideato, causaliter, & eminenter; & quod ex ejus participatione, & imitatione, ideatum habeat totum quod habet. Hanc autem similitudinem causalem, & eminentialem, habet essentia divina respectu creaturarum; cum ex ejus participatione & imitatione, in creaturis derivetur totum illud quod in illis est entitatis & perfectionis.

Ad confirmationem similiter dicendum est, quod licet idea, quae est ejusdem ordinis cum ideato, debeat formaliter continere omnes ejus perfectiones; fecus tamen est de idea quae est ordinis superioris & increati, & quae est transcendens, & inadeguata, qualis est essentia divina. Unde patet disparitas ad exemplum de luce, a Vasquez adductum: lux enim Solis non est ordinis superioris ad calorem, & alias qualitates quas virtualiter continet, nec eas continet contentiva eminentialiter perfecta, sed essentia divina: cum totum quod est in calore, non derivetur a luce, nec illa producat calorem per sui participationem, sed est virtus celi, quod est primum alterans hae inferiora, ut docet D. Thomas in 2. dist. 13. q. 1. art. 3. ad 6.

Adde, quod lux non est influens in calorem, vitali & intelligibili modo, nec ut inspicitur ut imitabilis ab illo, quod tamen requiritur ad rationem ideae, quare illud exemplum Vasquez ineptissimum est.

ARTICULUS II.

An & quomodo in mente divina pluralitas idearum ponenda sit?

Duplex circa hoc difficultas occurrit, breviter hic discutienda: Prima est, an & quomodo cum simplicitate divinae essentiae stet pluralitas idearum in Deo? Secunda, dato quod ideas pluraliterentur in Deo, non per plures respectus reales, sed rationis, an illi respectus formentur ab intellectu divino: ita quod etiam ante nostrum intellectum, sint in Deo plures ideas formaliter, an vero solum fundamentaliter, & per nostrum intelligere formaliter multiplicentur?

S. I.

Utraque difficultas resolvitur.

40 Deo primo: In mente divina plures esse ideas, non quidem realiter & entitative, sed formaliter & denominative. Ita communiter docent Theologi, contra Aureolum, qui absolute docet, unam tantum esse ideam in Deo, sicut in mente divina est unica tantum ars, & scientia practica. Eandem sententiam ex alio principio erroneo docuit Avicenna, ut videri potest apud D. Thomam q. 3. de verit. art. 2. putavit enim Deum solum produxisse immediate primam creaturam, seu primam intelligentiam; & illam per ideas quas a Deo accepit, produxisse ceteras creaturas.

41 Probatur prima pars ex Scriptura & ex SS. Patribus, qui in mente divina multas esse creaturarum ideas, non obsecrare proferuntur. Dicitur enim ad Hebraeos 11. *Fides intelligitur aptata esse scilicet Verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia foveret. Ubi per invisibilia, quibus dicit Apostolus fieri visibilia, intelligit S. Thomas ideas seu forma quibus Deus disponit, & facit creaturas.* Item Dionysius supra relatus, dicit dari in Deo exemplaris rerum, quae vocat, *Rationes substantivae, existentium praeferuntur nationum.* Et D. August. lib. 83. q. Omnia, inquit, ratione sunt condita, nec eadem ratione homo, quae equa; hoc enim absurdum est existimare: *Singula igitur propria creatura sunt rationibus.* Nec hoc Gentiles latuit; Plato enim agnovit in Deo innumeras creaturarum ideas. Unde Servica, *Deus plenus his figuris est, quae Plato appellat ideas.* Et Triflingius supra relatus, dicit quod *Deus omnium habet ideas, verum noster dicitur feminatas rationes.*

42 Ratio etiam id suadet: Sicut enim ad artificis peritiam pertinet unumquodque operi artificiali servare distinctionem suam, & tribuere suam propriam rationem, & formam artificialem distinctam ab aliis; ac proinde habere diversas artefactorum ideas; & rationes in mente conceptas; quibus formet unumquodque juxta modum sibi proprium. Ita similiter, proportione servata, & seculis imperfectioribus, ad supremam Dei artem & sapientiam spectat, plures in sua essentia concipere rationes rerum faciendarum, pluresque modos ideandi, & regulandi creaturas, secundum quod cuiuslibet natura & conditio expostet. Confirmatur: Essentia Divina secundum se cognita, non habet rationem ideam, sed cognita prout est ratio rerum faciendarum, & prout a tali, vel tali creatura imitabilis est. Atque Deus cognoscit in sua essentia plures rationes rerum faciendarum, videlicet eam diversis modis a creaturis esse imitabilem, & participabilem: v. g. ab Angelo, secundum gradum intellectualitatis; a planta secundum gradum vitae; a lapide, secundum gradum entis: Ergo in mente divina plures dantur creaturarum ideas.

43 Secunda pars qua asserit illas non esse plures realiter & entitative, sed formaliter tantum & denominative, est certa: quia ut docent Theologi, in Deo nullae sunt distinctiones realiter & entitative nisi ubi intervenit relationis oppositio; qua solum tres personas divinas realiter inter se distinguunt, scilicet Catholica proficitur: At ideas non pertinent in Deo ad relationes personales, & ad notionalia, sed ad absoluta: Ergo non distinguuntur realiter & entitative, sed formaliter tantum & denominative.

44 Confirmatur: Quando aliquod nomen imponitur magis ad significandum officium, vel formalitatem alicujus rei, quam entitatem & realitatem ipsius; tunc multiplicatio seu pluralitas non sumitur ex parte entitatis rei, sed ex variis numeribus, & officiis quae exercet. Sic persona Christi dicitur composita, & duplex, seu personandi plures naturas. Similiter dicuntur esse in Deo quatuor relationes, licet solum sint tres distinctae (nam spiratio activa identitatur cum patritate & filiatione) propter diversam terminationem, & exercitium, seu minus referendi; licet entitativae non distinguantur nisi tres. Et passionem entis dicuntur tres, scilicet anam, verum, & bonum; non quia entitativae multiplicentur, sed quia important diversas connotationes & habitudines. Cum ergo idea significet entitatem essentiae divinae, non absolute, & secundum suam realitatem, sed respectivae, & quantum ad officium & formalitatem ideandi; & formandi plures res: licet illa sit unica, & simplicissima, in ratione essentiae, est tamen multiplex in cratione ideae. Sicut e converso locus dicitur unus; & immobilis, quando situs & distantia una est, licet superficies sint plures; quia locus non significat superficiem absolute, sed ut subest illi distantiae.

45 Dico secundo: Pluralitas ista idearum in Deo, sumitur secundum diversos respectus rationis essentiae divinae ad creaturas; qui tamen respectus non se habent ut ratio formalis constitutiva idearum, sed modus quidam, seu conditio requisita, ut ipsa entitas divinae essentiae exerceat officium plurimum idearum.

Probatur prima pars: Pluralitas idearum respectiva est, & sumitur ex respectu ad creaturas, diversimode imitantes divinam essentiam: Atqui talis respectus non est realis, sed rationis: Ergo pluralitas idearum sumi debet secundum respectum rationis. Major constat ex supra dictis. Minor vero probatur: Tum quia essentia divina, cum sit ens absolute, & a creaturis independens, non potest ad illas realiter referri. Tum etiam, quia non datur in Deo aliae relationes reales, quam personales, quae fundantur in origine, & processione reali intra Deum: Atqui idea non sunt relatione inter se oppositae, sed sunt communes omnibus personis: Ergo respectus ad creaturas qui importatur in rationes ideas, non potest esse realis, sed rationis: Unde D. Thomas hic art. 2. ad 4. *Respectus multiplicatus ideas, non sunt in rebus creatis, sed in Deo, non autem sunt reales respectus: sicut illi quibus distinguuntur persona, sed respectus intellectus a Deo.*

Secunda pars, qua asserit quod illi respectus rationis, qui non se habent ut ratio formalis constitutiva ideae &c. videtur etiam certa: Idea enim est vera & realis causa, ac realiter influens in suam ideam: Ergo non potest constitui in sua ratione formati, etiam quantum specialis est, & ab alia distincta, per solum respectum rationis. Quia tamen sine respectu rationis non potest esse vel concipi multiplicitas idearum, quae respectiva est, seu comparativa, & non per respectum realem, ut ostensum est: oportet quod talis respectus rationis intrinsecus tanquam conditio, seu modus requiratur, in ideis divinis, ad multiplicationem eorum: cum non possit aliquid pertinere ad alterum necessario, nisi vel tanquam constitutivum, vel tanquam conditio, seu modus requisitus. Unde quando D. Thomas de verit. quest. 3. art. 2. ad 2. dicit, *Idea de suo principali intellectu habet aliquod prae-essentiam, in quo etiam complectitur formaliter ratio ideae, ratione cujus dicuntur plures ideae, &c.* intelligendum est de respectu imitabilitatis ad creaturas, quo tanquam modo intrinseco constituitur, & completur ratio ideae in Deo. Licet enim talis respectus sit rationis, potest tamen ad constitutivum ideae pertinere, non quidem tanquam differentia, & ratio formalis, sed tanquam modus intrinsecus, ad conditio requisita. Nam hoc modo sepe concurrunt ens rationis ad constitutivum entis realis, ut patet in Sacramento, & aliis hujusmodi.

Dices; Si idea divina non constituitur, sed distinguitur formaliter per diversos respectus rationis: per quod ergo formaliter constituitur & distinguitur? Respondeo illas formaliter constitui & distinguere per diversos modos imitabilitatis essentiae divinae, quia neque sunt respectus reales, neque rationis, nisi fundamentaliter, sed quaedam extrinsecae connotationes, quae in recto importat ipsam divinam essentiam, in obliquo vero creaturas, ut diversimode illas imitantes, & participantes. Sicut docent celeberrimi Theologi de constitutivum actus liberi Dei, de quo fuit Tractatu sequenti disp. 3. art. 1.

His statutis, ad complementum hujus quaestionis, superest hic discutendum, an respectus illi rationis, qui ad distinctionem & multiplicationem divinam idearum, modo explicato concurrunt, sint formaliter causati ab intellectu divino, vel tanquam fundamentaliter: In cujus difficultatis resolutione, due sunt sententiae oppositae. Prima est Gonzalez hic disp. 47. sect. 2. & Marci a Serra hic art. 2. conclus. 3. qui docent respectus illos ideales, a divino intellectu, comparante essentiam suam ad res, formaliter esse causatas. Secunda qua communiter est apud Thomistas, & cui adheret Joannes a S. Thoma hic art. 3. affirmat intellectum divinum, respectus illos ideales non causare, nisi fundamentaliter; quatenus Deus comparando essentiam suam ad res, praebet fundamentum proximum intellectui nostro, fingendi in essentia divina relationem rationis ad creaturas. Cui sententiae tanquam probabiliori subscribo, &c.

Dico tertio, probabilis esse respectus ideales, quibus ideae divinae multiplicentur, & distinguuntur, non causari a Deo formaliter, sed tantum fundamentaliter. Probatur ratione fundamentaliter, Deus non potest causare formaliter respectus ideales, nisi essentiam divinam, in se omnino absolutam, referat ad creaturas, & nisi concipiat id quod secundum se non habet ordinem ad creaturas, tanquam ad illas ordinate se habens: Sed hoc manifestam involvit imperfectionem in cognoscendo: Ergo non debet Deo attribui. Major constat, nam in eo consistit ratio rationis, quod illud quod est omnino absolute, referatur ad aliud, & concipiatur ut ad illud ordinatum. Quare D. Thomas q. 7. de potentia art. 11. loquitur de relationibus rationis, quae sunt prima intentiones, & attribuntur rebus extra intellectum, & prout sunt a parte rei, dicit quod *tales relationes consequuntur modum intelligendi, secundum quod aliqui non habentia secundum se ordinem & ordinata intelliguntur.* Minor etiam est evidens, nam revera aliquid ad aliud, ad quod secundum se nullum dicit ordinem, & concipere id quod non dicit ordinem, ad instar rei ordinatae, importat imperfectionem in cognoscendo. Sic

do. Sic enim concipitur res aliter ac in se est, ex parte rei cognite; & in re omnino absolute apprehenditur aliqua ratio, quae re vera ipsi non convenit; ac proinde in tali cognitione intervenit aliqua fictio, & imperfectio Deo repugnans.

51 Confirmatur primo: Non potest non esse aliqua imperfectio, si rem aliquam apprehendere, quod ex modo apprehensionis non potest judicari quod ita fit in re sicut concipitur; multo enim perfectius est, sic concipere objectum, quod semper possit dici, ita est in re sicut concipitur: Sed si Deus concipit essentiam suam, ut relatum & ordinatum ad creaturas, cum in re relata & ordinata non fit, debet forbare hoc iudicium: Ergo concipio meam essentiam, taliter quod non est sicut concipio: Ergo in tali cognitione non potest non esse aliqua imperfectio.

52 Confirmatur secundo: Illa cognitio est imperfecta, quae potest corrigi per aliam perfectionem: Sed cognitio quae Deus suam essentiam apprehenderet, ut relatum & ordinatum ad creaturas, corrigi posset per aliam perfectionem, quia videret suam essentiam esse in se omnino absolutam, & ab omni creaturam respectu independentem: Ergo esse imperfecta, & Deo repugnans.

53 Probatur secundo, destruendo praecipuum fundamentum Adversariorum: Ideo enim illi asserunt, respectus ideas ab intellectu divino formaliter esse causatas; quia ab illo cognitae sunt & intellectae, ut docet D. Thomas hic art. 2. ad 4. Sed haec ratio nulla est: Ergo, &c. Minor probatur, quod enim Deus relationes istas ab alio intellectu formatas cognoscit, vel etiam eorum quidditatem, & fictionem intelligit, reddit quidem illas extrinsecae cognitae, eo modo quo redditor cognita quaecumque res, quando cognoscitur; non tamen reddit eas formatas in esse cognitae, nec habentes illud esse fictum & diminutum, in quo consistit essentia entis rationis; quod tunc solum formatum (inquit D. Thomas Opusc. 44. c. 2.) *Quando intellectus nititur apprehendere non ens ad modum entis, & ideo fingit illud ac si ens esset.*

54 Confirmatur & simul aperitur radix deceptionis Adversariorum: Aliud est cognoscere non ens ad modum entis, & aliud illud cognoscere ratione entis: Deus enim cognoscit privationes per formam, v. g. tenebras per lucem, cecitatem per visum, peccatum per gratiam, & mala per opposita bona, quia illa non habent alium modum cognoscibilitatis; & tamen non cognoscit privationes ad modum formae, nec tenebras ad instar lucis, aut cecitatem ad instar visus, hoc enim manifestam importat imperfectionem, Ergo similiter, licet Deus cognoscit ens rationis per ens reale, cuius est veluti umbra & figura, non sequitur quod formet entia rationis, illud ita cognoscendo: sicut nec ea format, quando cognoscit mala per bona, privationes per formam, & materialia modo immaterialia; quia ut vidimus ex D. Thoma, tunc solum formatur ens rationis, *Quando intellectus nititur apprehendere non ens ad modum entis, & ideo fingit illud ac si ens esset.* Non quod vera intellectus iudicet, ens rationis esse ens reale (sic enim iudicium illud esset falsum & erroneum) sed quod apprehendat ad instar entis, & relationis, sui forma, id quod revera non est ens, nec relatio, nec forma.

S. II.

Solvuntur objectiones.

55 Obijcies primo contra primam conclusionem. In Deo non sunt plures artes, vel plures scientiae; immo nec plures conceptus, aut species: licet sint plures creaturae factae per artem, intellectae per scientiam, repraesentatae per speciem, & expressae per conceptum: Ergo neque etiam dantur plures ideae, licet sint plures creaturae imitantes perfectiones divinae essentiae. Antecedens est certum; & admittitur a D. Thoma hic art. 2. Consequenter vero probatur paritate rationis: Non enim major videtur esse ratio, cur plurescentur ideae in Deo, ex diversis respectibus ad creaturas, non vero in Ars, scientia, species, & conceptus, seu verbum, quae plures etiam creaturas attingunt, & se fundant plures respectus rationis ad illas.

56 Respondeo, concessio Antecedente; negando Consequentiam, & paritatem. Ratio disparitatis duplex est. Prima sumitur ex eo quod scientia, & ars, ac species, se tenent ex parte principii cognoscit, & se habent ut principium quo Deus cognoscit vel operatur; idea autem se tenet ex parte objecti & termini, quatenus est id quod intelligitur, & se habent ut forma ipsius ideati, non autem ipsius ideantis. Unde cum ad naturam perfectam pertinet intelligere plura objecta, & agere per pauciora principia, ad summam Deo perfectionem, & simplicitatem spectat, plures habere ideas, & unam artem, & scientiam, ac speciem. Solutio est D. Thomae hic art. 2. in corpore, ubi dicit, *Ideam operari esse in mente operantis, sicut quod intelligitur, non autem sicut species qua intelligitur, &c.* *Non est autem contra simpliciter divini intellectus, quod multa intelligat, sed contra simpliciter eorum esse, si per plures species eorum intellectus in-*

formetur. Sic enim (ut ipse dicitur infra q. 58. art. 2. & i. contra Gentes c. 55.) non simul omnia intelligeret, sed unum post aliud, ac proinde quandoque esset intelligens in potentia, & quandoque in actu: quod divinae perfectioni & simplicitati derogaret.

57 Secunda differentia consistit in hoc quod scientia & ars dicuntur per connotationem ad objectum formale, quod est unicum: idea vero, per respectum & connotationem ad objecta materialia, quae plura sunt. Quare non oblat quod scientia & ars importent connotationem, & respectum rationis ad creaturas, sicut idea: aliter enim importaret in idea, & aliter in arte & scientia. In idea enim talis connotatio non habet formaliter, & per modum specificativi & constitutivi, in arte vero & scientia secundario tantum, & de materiali importatur: ars enim, & scientia practica in Deo, primo, & tanquam objectum formale & specificativum, respiciunt divinam essentiam, ut ratio cognoscendi, & producenti creaturas.

58 Ad aliud quod additur de verbo, seu specie expressa, in Deo est unica: neganda est etiam paritas, cum D. Thoma infra q. 34. art. 3. ad 4. ubi dicit, *quod nomen ideae principaliter est imperitum, ad significandum respectum ad creaturam, & ideo pluraliter dicitur: sed nomen verbi principaliter imperitum est ad significandum relationem ad intellectum. & ex consequenti ad creaturas, in quantum Deus intelligit se, intelligit omnem creaturam; & propter hoc in divinis est unicum nomen verbi personaliter distinctum.* Idem dicendum est de verbo illativa, & communiter dicto, quod (ut docet idem S. Doctor, q. 4. de verit. art. 4.) non importat processum realem, sed rationis tantum, sicut & hoc nomen intellectus.

59 Obijcies secundo contra secundam conclusionem. Si 9 pluralitas idearum in Deo, sumeretur ex diverso respectu rationis ad creaturas, illae sola ratione distinguerentur; & sic una posset de alia praedicari. Sicut enim, quia misericordia sola ratione differt a iustitia, concedimus misericordiam in Deo esse iustitiam; ita etiam concedendum erit, ideam hominis v. g. esse ideam equi, si illae ratione tantum inter se differant.

60 Respondeo negando secundam sequelam Majoris, ad cuius probationem dicendum est, quod licet ideae in mente divina realiter identificentur, & sola ratioe inter se differant, tamen non potest de alia praedicari, nec dici quod idea hominis v. g. sit idea equi, sicut misericordia in Deo dicitur esse iustitia. Quia quando dicitur, *idea hominis*, importatur formaliter, & explicite, connotatio essentiae divinae ad creaturam rationalem, imitantem, & participantem gradum divinae intellectualitatis. Quando vero dicitur, *idea equi*, exprimitur alia connotatio essentiae divinae, ad aliam naturam, imitantem & participantem aliam perfectionem, & alium gradum vitae divinae, facultatem scilicet sentiendi, quae eminenter in Deo reperitur. Et quia una connotatio, virtualiter ab alia distinguitur, ratione diversi termini extrinseci, in obliquo importati, hinc fit unam ideam non posse de alia praedicari. Sicut licet possit dici, quod iustitia in Deo est misericordia; non tamen quod attributum misericordiae, sit attributum iustitiae. Quia quando additur, *ut attributum*, nominatur perfectio Dei, non absolute ut est in seipsa, sed ut cognoscibilis a nobis, & ut terminat conceptum aliquem in adequatum nostri intellectus.

61 Pro cuius majori evidentia recolenda sunt ea, quae in Tractatu de attributis disp. 3. art. 3. §. 3. diximus, agendo de distinctione attributorum: distinctionem scilicet rationis, duobus modis posse importari in aliquo predicato, implicite scilicet, & per modum pure conditionis; & explicite, ac per modum significati: v. g. in hac propositione, *homo est animal*, distinctio rationis, qua est inter gradum sentituum & intellectuum in homine, & secunda intentio genericitatis, qua asseritur ratio animalis, involvitur solum implicite, & per modum conditionis ad predicationem requisita: Quando vero dicitur, *animal est genus*, tunc intentio generis, & distinctio rationis a gradu differentiali, importatur explicite, & per modum significati. Quando ergo distinctio rationis importatur in aliquo predicato, hoc secundo modo, & per modum significati (ut importatur in his nominibus, *idea, attributum, species, genus, &c.*) tunc unum non potest de alio enunciari, quavis realiter identificentur, nec dici quod species v. g. sit genus, quod attributum iustitiae, sit attributum misericordiae, & quod idea hominis, sit idea equi.

62 Tertio arguitur contra tertiam conclusionem, ex auctoritate D. Thomae, qui clare & expressis videtur docere, respectus ideales quibus ideae multiplicentur in mente divina, actu formari, & causari ab intellectu divino. Nam hic art. 2. ad 3. dicit, *illas respectus esse causatos ab intellectu divino, comparante essentiam suam ad res.* Et in responsione ad 4. ait, *non respectus esse intellectus a Deo.* Idem autem in eis est causari, quod intelligi, cum totum esse entis rationis, sit obiectum intellectus, & ab eo cognoscitur. Idem docet q. 3. de verit. art. 2. ad 8. ubi etiam dicit, *quod illi respectus sunt in Deo, ut intellectus ab ipso.*

Respon-

63 Respondeo quod quando D. Thomas dicit illos respu...

64 Diss. Non potest cognosci divina essentia, ut imita...

65 Respondeo negando Antecedens: licet enim imitabili...

ARTICULUS III.

Quarum rerum Deus habeat propriam ideam?

Multa sunt de quibus dubitari solet, utrum Deus ha...

ideam in mente divina. Has omnes difficultates breviter...

Dico primo, divina essentia non est idea Filii, aut Spiritus...

Ratio est, quia idea habet rationem causae exemplaris...

Præterea, Idea est forma ad quam respiciens artifex...

Item idea est forma determinans agens quod operatur...

Dico secundo, Deus habet ideas rerum pure possibilium, 67...

68 art. 3. ubi in idea duplex officium distinguit, scilicet quod...

Dico tertio: Materia prima non habet in Deo ideam 69...

Ratio est, quia Deus non habet propriam ideam, nisi re...

Dico quarto, Deus non habet ideam mali, peccati, & 70...

Iam non habet in Deo ideam, neque secundum quod idea est...

Ratio etiam id laudet: Deus enim non habet ideam,...

71 Dico quinto: Deus non habet propriam ideam formam...

72 Dico ultimo, Non solum species rerum creaturarum;...

qui sunt privis. Corpora nostra rapiuntur fluminum more...

Quæres ad complementum hujus disputationis, quamam...

Hæc accipe (studiose Lector) & aquas divines sapi...

TRACTATUS QUARTUS.

DE VOLUNTATE DEI, EJUSQUE PROVIDENTIA.

Ad Questionem 19. Divi Thomæ, & tres sequentes.

P R Æ F A T I O.



ROSEQUIMUR hac Tractatione de divina voluntate gravissimas Theologiae difficultates, quibus palus...

Tertulliano loquitur, qui eas omnes dissepationes qua fervent, dubitet ab uno principio deduci, quod schola omnis Thomistica...

Hinc vero ut in ceteris Anglicanum præceptorem, præstet quantum vixesse simunt vestigiis sequor: quo dicit nihil mihi...

Ue vero